



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Diplomatvm Belgicorvm Libri Dvo

Le Mire, Aubert

Brvxellis, 1627

1. Dagobertus I. Francorum Rex mercatum constituit in opido S. Dionysij, prope Lutetiam Parisiorum, anno 630.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10903**

DIPLOMATVM  
BELGICORVM  
TOMVS II.

CAPVT I.

*Dagobertus I. Francorum Rex mercatum constituit in opido S. Dionysij, prope Lutetiam Parisiorum, anno 630.*



AGOBERTVS Rex Francorum, vir illuster, Leuthoni, Vulfioni, Rauconi, Comitibus, & omnibus Agentibus nostris, Vicarijs, Centenarijs, & ceteris ministris Reipublicæ nostræ.

Cognoscat sollicitudo & prudentia vestra, qualiter volumus & constituimus, in honore domini & gloriosi patroni nostri DIONYSII mercatum constituendo, ad Missam ipsam, quæ cœnit septimo Idus Octobris, semel in anno, de omnes negotiantes in regno nostro consistentes, vel de vltra mare venientes, in illa strada quæ vadit ad Parisius, in loco qui dicitur Pasellus S. Martini.

Et sciatis nostri Missi ex hoc mercato, & omnes ciuitates in regno nostro, maximè ad Rothomo porto & Wicvs porto, qui veniunt de vltra mare pro vino, melle, vel garantia, emendum: & isto altero anno, seu ante sit ipse teloneus indultus vsque ad tertium annum, & inde in postea de vnaquaque quarrada de melle persoluant partibus S. Dionysij solidos duos, & vnaquæque quarrada de garantia similiter solidos duos.

Et illi Saxones, & Vngarij, & Rothomenses, & ceteri pagentes de alias ciuitates persoluant de illos nauigios de vnaquaque quarrada denarios duodecim, & vultaticos, & passionaticos, per omnes

H h

suc-



successiones & generationes illorum, secundum antiquam consuetudinem.

Iubemus etiam, ut ipse mercadus per quattuor septimanas extendatur, ut illi negotiatores de Longobardia, siue Hispania, & de Prouencia, ac de alias regiones illuc aduenire possent.

Et volumus atque expresse precipimus, ut nullus negotiator in propago Parisiaco audeat negociare, nisi in illo mercado, quem in honore S. Dionysij constituimus & ordinamus.

Et si quislibet hoc fecerit, bannum nostrum pro hoc persoluat, ad partem S. Dionysij.

Precipimus denique & expresse vobis mandamus, omnes Agentes seu iuniores vel successores nostri presentes & venturi, ut nullum vmquam impedimentum pars S. Dionysij habeat ex parte nostra & vestra, neque intra ipsa ciuitate Parisus, neque ad foras in ipso pago: teloneos, vel nauigios, portaticos, riuaticos, rotaticos, vultaticos, themonaticos, cespeticos, pulueraticos, foraticos, mestaticos, laudaticos, saumaticos, salutaticos, omnia & ex omnibus quidquam ad partem nostram, vel fisco publico, de ipso mercado ex ipsa mercimonia exactare potuerit, pars S. Dionysij vel sui agentes in perpetuo habeant, per hanc nostram indulgentiam & auctoritatem.

Et ut haec nostra praecipio de ipso loco nostris & futuris temporibus firmior habeatur, manus nostrae subscriptionibus eam subter decreuimus roborare, & de annulo nostro sigillare iussimus.

Ego DAGOBERTVS Rex subscripsi. DADO obtulit.

630.

Datum die tertia Kalendas Augusti, anno secundo regni Dagoberti, Compendio, feliciter in Dei nomine, amen.

## NOTATIO.

Dagoberti, Francorum & Austrasiorum Regis, diploma, etsi barbarum, si dictionem spectes, tamen pium & antiquorum vocabulorum plenum, hic visum fuit ob oculos ponere; ut illius autilum & pietatem agnoscamus ac veneremur.

CAPVT